Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Gefördert durch DFG Deutsche Forschungsgemeinschaft

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

'DFG-Projekt "Personales Gelegenheitsschrifttum in der SuUB Bremen (16. bis 19. Jhd.). Digitalisierung und Erschließung."

Rector & Professores P. Illustris Scholæ Bremensis Lectori S.

Rheden, Caspar

[Bremen], 1745-12-06

VD18 90861132

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Signatur: brem.a.0619-58

urn:nbn:de:gbv:46:1-181156

Visual Library

RECTOR & PROFESSORES P. ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS LECTORI S.

Longè quidem diverſa ſunt DOCERE & DICERE JUS, quorum illud in Scholis & Academiis, hoc in Foro & Curiâ locum habet, illud Scientiam ipſam & Theoriam, hoc Scientiæ uſum atque praxin ſpectat: at nihilominus duo hæc tam blandè conſpirant, ſibique amicas ſibi mutuò manus præbent, ut prius illud ad poſterius capeſſendum facillimam planiſſimamque viam ſternat. Nunquam ſanè exſpectandi forent, qui jure dicundo Reipublicæ prodeſſent, niſi à peritioribus & celebribus ejusdem Doctoribus ante diligenter inſtituerentur, & ad hoc munus dextrè obeundum præpararentur. *Sin tibi*, ſcribit idcircò ROMANUS ORATOR ad TREBATIUM, Lib. VII. ad Famil. Epiſt. XIX. *videbuntur obſcuriora, cogitare debebis, Nullam artem litteris ſine interprete, & ſine aliquâ exercitatione percipi poſſe. Non longè abieris.* NUM JUS CIVILE NOSTRUM EX LIBRIS COGNOSCI POTEST? QUI QUANQUAM PLURIMI SUNT, DOCTOREM TAMEN UNUM QUEM DESIDERANT. Quinam autem præterea ad jus dicendum aptiores eſſe poterunt, quàm qui longo uſu, ſive id jam aliorum in foro cauſas agendo, ſive etiam alios erudiendo, omnes ſcientiæ hujus angulos perreptârunt, inque interiora ejus arcana abditosque receſſus ſe penetrârunt. Agnoverunt id dudum Reges atque Principes, dum ad ſumma dicaſteria ſuo nomine non ſolùm clariores Juris Doctores & Profeſſores ſæpiſſimè ablegant, aut ubi iis in hoc munere carere planè non poſſunt, eosdem ſimul prudenter (ſaltem utcun vanis atque inanibus titulis luditur) à conſiliis conſtituunt, quò ad eos in difficilioribus caſibus recurri, & reſponſa ab illis experi queant; quem in finem quoque in ipsâ jam Romanâ Republicâ virorum ſingulari juris aut quarundam ejus partium cognitione inclytorum, operâ uti, aut alios eo remittere ſummi Magiſtratus minimè indecens putabant. Ipſe ſanè Q. Scævola, Pontifex Legumque clariſſimus & certiſſimus Vates, VALERIO MAXIMO teſte Lib. VIII. Cap. XII. *quotiescunque de jure prædiatorio conſulebatur, ad Furium & Caſcellium, quia huic ſcientiæ dediti erant, conſultores rejiciebat.* Optimo inprimis inſtituto in noſtrâ Republicâ, inde ex quo Illuſtris atque Academica Schola erecta eſt, ſemper is Celeberrimo Juris Profeſſorum ordini habitus eſt honos, ut ex eo plures ſucceſſivè Ampliſſimorum Procerum ordini adſcriberentur, multi & ad ulteriores dignitates eveherentur. Eripi ſibi quidem hac ratione ſæpius alma hæc Muſarum ſedes non pauca inſignia ſui decora, at ſimul eo ipſo Reipublicæ peruutilis fuit, dum illi digniſſimos omnique juris peritiâ inſtructiſſimos gubernatores dedit. Celebrantur hoc nomine Senatorii ordinis *Ampliſſimi Viri*, EBERHARDUS BORNHORSTIUS, HENRICUS BRUNINGIUS, JOHANNES A LINE, GERHARDUS COCCEJUS, CONRADUS SCHNELLE, CHRISTIANUS SCHÖNE, HENRICUS MEIERUS, GERHARDUS MEIERUS, HENRICUS GERHARDUS SCHUMACHERUS, FRANCISCUS BERENS & DIDERICUS SCHMIDT, *quorum antepenultimus ultimusque adhuc ſoli ſuperſunt*, & uti quondam Illuſtre Lyceum ita nunc Curiam ornant. Alii inſuper Prætores conſtituti, quod antea docuerant jus, civibus & peregrinis propius dicendi occaſionem nacti ſunt, ut GEORGIUS CÖPERUS, JOHANNES CÖPERUS & CONRADUS IKENIUS. Nonnullos Deus tamdiu Reip. ſervavit, ut ſummum tandem Conſulatus, qui ut CICERO *pro Plancio* cap. XXV. ait: *honorum populi finis eſt*, faſtigium conſequerentur, idque vel ex dignitate ſenatoriâ, ut SIMON ANTONIUS ERP A BROCKHAUSEN & FRIDERICUS CASIMIRUS TILEMANNUS dictus SCHENCK, quibus maximo ſuo jure annumerandus fuiſſet, Magnificus etiamnum urbis, de quâ optimè indies meretur, Conſul, DIDERICUS MEIERUS, niſi eum avida nimis curia, antequam muneri profeſſorio actu inaugurari poſſet, nobis præripuiſſet, vel poſtquam antea in munere prætorio ſuam quoque dexteritatem palam probâſſent. Sic per omnes dignitatum gradus curulem ſellam conſcenderunt HENRICUS A CAPPELEN, FRANCISCUS PIRENIUS, JOHANNES A RHEDEN, hujusque filius, tum eruditionis ita & omnium dignitatum paternarum, licèt aliquo temporis intervallo ex aſſe hæres, *Vir perquam Magnificus, Nobiliſſimus atque Conſultiſſimus* CASPARUS A RHEDEN, Conſul longè excellentiſſimus, cui ab ipſo Reip. clavo his diebus abrepto, juſta hodiè funebria perſolvere cogimur. Originem is ducit ex antiquiſſimâ inter nos atque patriciâ RHEDENIORUM, quondam GODFRIDEN dictâ gente, natus A. CIↃIↃCLXXXI. a. d. XIV. Jun. *patre*, modo laudato *Viro Magnifico, Nobiliſſ. atque Conſultiſſ.* JOHANNE A RHEDEN, JCto *eminentiſſimo*, qui perſonet enumerans honorum gradus *conſulatûs* culmen attigit, digniſſiméque tuitus eſt; *matre*, *Nobiliſſ. laudatiſſimâque Matronâ* ANNA TREDENAPIA. *Paternus Avus* fuit (T.T.) LUDERUS A RHEDEN, patricius conſpicuus, *Avia* (T.T.) ANNA BARKEYEN, filia (T.T.) DITHMARI BARKEYEN, Reip. à Secretis, & (T.T.) ANNÆ HOUKENIÆ, (T.T.) HENRICI HOUKENII, Conſulis meritiſſimi gnatæ. *Proavus* (T.T.) JOHANNES A RHEDEN, Patricius itidem ſpectabilis, *Proavia* (T.T.) METTA SPECKHANIA. *Abavus* (T.T.) LUDERUS GODFRIDEN alias A RHEDEN dictus, *Senator Ampliſſimus*; *Abavia* (T.T.) ANNA WIECKBOLDIA. *Materni generis Avus* eidem obtigit, *Vir Integerrimus* DIDERICUS TREDENAP, Mercator hujus urbis Spectatiſſimus; *Avia*, *Celebratiſſima Matrona* ANNA NETTELNSTRUCKIA. Ut celebri proſapiâ dignus evaderet, Optimi Parentes inde à teneris unguiculis educationi ejus ſollicitam operam impenderunt, maturéque inprimis in ludum publicum literarium miſerunt, unde tandem peracto inſigni laude claſſium curriculo A. CIↃIↃCXCVIII. a d. XX. Octobr. in civium Ill. Lycei ordinem eſt cooptatus. Inde ab illo tempore urgendis omni niſu ſtudiis ſe totum dedit, duces ſecutus *Clariſſimos* hîc loci *Profeſſores*, in humanioribus quidem & Philoſophicis, *Did. Sagittarium & Joh. Eberhard. Schwelingium*, in jure autem (in quo & unde affatim proficeret, domi habebat) inprimis *Wilhelmum Hupedenium*. Quantos in his omnibus progreſſus fecerit, gemino ſpecimine comprobavit, oratione quidem A. CIↃIↃCC. a. d. XVI. Mart. cum applauſu dictâ *de notabilioribus anni ſeptingenteſimi poſt milleſimum rebus*, doctâque Diſſertatione A. CIↃIↃCCI a. d. XXIII. Aug. habitâ, *de Tranſlatione Jurium Defuncti in heredem*. Hinc Marpurgum, quò & optimus parens primùm abierat, concedens, illicque tam inſtitutione quàm [illegible] *Virorum Celeberrimorum Zaunſchleifferi & von den Felde* uſus, novum inſignis doctrinæ, ventilatâ A. CIↃIↃCCIII. a. d. XVIII Aug. ſub poſterioris præſidio Diſſertatione *ad quasdam theſes è jure controverſas*, documentum dedit. Relictâ academiâ Marpurgenſi, *Erfordiam, Jenam, Lipſiam* atque *Halam* petiens, multis doctis innotuit, inprimis verò à Viris undique celebratiſſimis, *Lynckero, Bodino & Stryckio* ſummâ humanitate exceptus eſt. Elegerat autem ſibi præcipuè Academiam Francofurtenſem, ubi ſub eruditi orbis æquè ac urbis noſtræ immortali decore *Henrico Cocceijo*, longéque Clariſſimo *Marco Rhodero* ſtudiis colophonem imponeret. Hujus voti compos redditus, A. CIↃIↃCCV. habitâ a. d. XVIII. Maji publicè diſſertatione inaugurali, *de eo quod juſtum eſt in dubio*, a. d. XXII. ejuſd. menſis, doctoralem lauream impetravit. Sic reditum in patriam meditans, inſtituto prius per celebriora Germaniæ loca amœniſſimámque Belgium itinere, tandem incredibili doctrinæ copiâ auctus, ſuis eſt redditus. Inveniebat hîc ſtatim digna laboris præmia, vix enim appulerat, cùm Reip. proceres eum A. CIↃIↃCCVI. a. d. XVIII. Febr. *Profeſſorem Juris Ordinarium* conſtituerent, quod munus mox ſolemni Oratione, *de uſu & abuſu Critices in Juriſprudentiâ Romanâ* feliciter ſuſcepit. Acceſſit dein A. CIↃIↃCCXII. a. d. XV. Nov. altera Profeſſio moralium, quam a. d. XVI. Decemb. ſermone auſpicali, *de mancâ Veterum inprimis Gentilium Philoſophorum doctrinâ morali*, capeſſivit. Quàm indefeſſo ſtudio, quantâ dexteritate quantóque fructu in tradendis his ſcientiis, & inprimis omnibus Juris partibus occupatus fuerit, teſtatur fama ejus per univerſum literatum orbem latiſſimè ſparſa; teſtantur tot inſignes Viri, tam in urbe patriâ quàm extra illam, qui ipſi ſuam in jure peritiam præcipuè acceptam ferunt; teſtantur denique [illegible] ejus ſcripta & inprimis innumeræ Diſputationes, ſive ab ipſo conſcriptæ, ſive ſub ejus præſidio ventilatæ, quarum uberior recenſio, cùm eam anguſta hæc tabula commodè non capiat, opportuniore forſan loco inſtituetur. Omnes hi labores non impediebant, quò minus etiam cauſis in foro ſtrenuè agendo, aut conſilia atque reſponſa dando, non civibus tantùm, ſed & exteris, interque illos etiam Comitibus aliisque Viris illuſtribus ſummâ dexteritate atque laude inſerviret. Tanta ejus merita efficiebant facilè, ut ulteriori honore digniſſimus, & Reipublicæ non tantùm utilis, ſed & neceſſarius cenſeretur, ideoque cùm *Magnificus* parens A. CIↃIↃCCXXX. vitam cum morte commutâſſet, eodem adhuc anno a. d. XXIII. Octobr. in conſeſſum Procerum adoptaretur, tum verò A. CIↃIↃCCXXXII. a. d. V. Septembr. *Prætor* conſtitueretur, tandem autem poſtquam & hoc munus novem circiter annis ornaſſet, ſimúlque legationes ad exteras aulas obeundo patriæ profuiſſet, A. CIↃIↃCCXLI. eodem XXV. ejusdem menſis Aprilis die, quo idem viginti admodum annis ante, optimo patri evenerat, *Conſul* eligeretur. Reſtat vita ejus privata atque œconomica; in quâ ipſi CIↃIↃCCVII. a. d. XXII. Febr. digniſſima tori ſocia obtigit, *Nobiliſſima omnique feminei ſexûs laude decoratiſſima Matrona* GESA CÖPERA, *Viri Nobiliſſ. Ampliſſ. atque Conſultiſſ.* HENRICI CÖPERI, J. U. D. *Comitis Cæſarei Palatini & Reip. Senatoris atque Prætoris integerrimi*, & Nobiliſſ. Matronæ GESÆ MEIERÆ filia. Vidit ex illa undecim liberos 1. Virginem ANNAM, 2. HENRICUM, 3. Virum Nobiliſſimum atque Celeberrimum JOHANNEM A RHEDEN, J.U.D. Advocatum famigeratiſſimum Jurisque Profeſſorem P. O. 4. Clariſſ. atque Experientiſſ. HERMANNUM A RHEDEN, Medic. Doct. atque Profeſſorem P. O. & Reip. Phyſicum. 5. Virginem lectiſſimam GESAM. 6. CASPARUM, 7. CASPARUM *alterum*. 8. *alterum* HENRICUM, 9. LUDERUM, 10. NICOLAUM, quorum uterque literis, ille quidem Medicinæ, hic Juris ſtudio, in noſtrâ bonæ mentis officinâ ſedulam operam navat. 11. CASPARUM GODFRIDUM. Ex his utraque filia, filius Celeberrimus, *Hermannus*, omnésque *tres Caſpari*, fatis [illegible] ceſſerunt. Acerba non immeritò toties multiplicata liberorum fuere funera, at longè luctuoſius exſtitit illud optimæ matris, quæ jam A. CIↃIↃCCXXXIX. a. d. XXV. Oct. è vivis ſublata eſt. Videbatur Magnif. Conſul inde à primâ juventute firmâ admodum vigorique mentis reſpondente corporis valetudine frui, at ultimis annis ea vehementer affligebatur, quò fortè aſſidui labores non parum contulerunt. Manifeſtabat ſe cachexia cum crebro pedum tumore, & acrimoniâ biliosâ atque ſcorbuticâ, quibus malis licet non ſine fructu aptiſſimis remediis occurreretur, inſperatò tamen d. XXI. elapſi menſis invadebat eum colica, quam poſt triduum [illegible] cum vehementioribus febribus ſequebatur. Remittebant iterum hæc ſymptomata, ita ut ad tertium menſis labentis diem ſpes recuperandæ ſanitatis affulgeret, at ſub veſperam ea penitus decollabat, cùm [illegible] febris, proſtratas jam planè vires, ita exhaurire inciperet, ut a. d. VI. Dec. horâ 3. pomeridianâ, annos natus LXIV. menſes V. cum XXII. diebus, ipſo illo ſemeſtri ſpatio, quo ut Præſes Reip. faſces tenebat, placidè exſpiraret, ſuos in acerbiſſimum luctum conjiceret, omnibusque dignis rerum æſtimatoribus, ſummæ eruditionis aliarúmque inſignium dotium, quibus ornatus fuit, intenſiſſimum deſiderium relinqueret. Decrevêre, ad mortales exuvias tumulo in æde D. Anſgarii condendas, pompa funebris; hanc cum totâ civitate Vos quoque *Ill. Lycei Cives Ornatiſſimi* frequenti comitatu cohoneſtate, quò tanti Viri memoriam quâ par eſt [illegible] colere, oſtendatis. V. P. P. Bremæ a. d. XI. Decembr. CIↃIↃCCXLV.

1745. Q 11
28.

RECTOR & PR[illegible]
ILLUSTRIS SCHO[illegible]
LECT[illegible]

L

ongò quidem diverſa ſunt DOCERE & DI[illegible]

Foro & Curiâ locum habet, illud Scientiam ipſam & Theoriam[illegible] amicas ſibi operâ habeat, ut prius illud ad poſterius [illegible] jure dicundo Republicæ prodeſſe[illegible] parentum. [illegible] ROMANUS ORATOR ad [illegible]

[illegible]

legant, aut ubi iis in hoc munere [illegible]

[illegible]

JOHANNES A LINE, GERHARDUS [illegible] CONRADUS SCHNELLE, CHRISTI[illegible] HARDUS SCHUMACHERUS, FRANCISCUS BERENS & DIDERICUS SCHMIDT, qu[illegible]

[illegible]

RECTOR & P

ILLUSTRIS SCH

LECT

Longè quidem diverſa ſunt DOCERE &
Foro & Curiâ locum habet, illud Scientiam ipſam & Theoriam
amicas ſibi mutuò manus præbent, ut prius illud ad poſterius
jure dicundo Reipublicæ prodeſſent, niſi à peritioribus & celeb
pararentur. *Sin tibi*, ſcribit idcircò ROMANUS ORATOR ad
artem litteris ſine interprete, & ſine aliquâ exercitatione percip
QUAM PLURIMI SUNT, DOCTOREM TAMEN UNUM QUEM DESID
id jam aliorum in foro cauſas agendo, ſive etiam alios erudiendo
ſe penetrârunt. Agnoverunt id dudum Reges atque Principes,
legant, aut ubi iis in hoc munere carere planè non poſſunt, eoſdem ſimul prudenter (ſaltem
bus recurri, & reſponſa ab illis expeti queant: quem in finem quoque in ipſâ jam Romanâ Republ
remittere ſummi Magiſtratus minimè indecens putabant. Ipſe ſanè Q. Scævola, Pontifex L
cunque de jure prædiatorio conſulebatur, ad Furium & Caſcellium, quia huic ſcientiæ dediti era
que Academica Schola erecta eſt, ſemper is Celeberrimo Juris Profeſſorum ordini habitus eſt
riores dignitates eveherentur. Eripi ſibi quidem hac ratione ſæpius alma hæc Muſarum ſede
mos omnique juris peritiâ inſtructiſſimos gubernatores dedit. Celebrantur hoc nomine Senato
JOHANNES A LINE, GERHARDUS COCCEJUS, CONRADUS SCHNELLE, CHRIS
HARDUS SCHUMACHERUS, FRANCISCUS BERENS & DIDERICUS SCHMIDT,
Curiam ornant. Alii inſuper Prætores conſtituti, quod antea docuerant jus, civibus & pereg
RUS & CONRADUS IKENIUS. Nonnullos Deus tamdiu Reip. ſervavit, ut ſummum tandem C
ídque vel ex dignitate ſenatoriâ, ut SIMON ANTONIUS ERP A BROCKHAUSEN & FR
merandus fuiſſet, Magnificus etiamnum urbis, de quâ optimè indies meretur, Conſul, DIDER
ſet, nobis præripuiſſet, vel poſtquam antea in munere prætorio ſuam quoque dexteritatem p
A CAPPELEN, FRANCISCUS PIRENIUS, JOHANNES A RHEDEN, hujúſque filius,
hæres, *Vir perquam Magnificus, Nobiliſſimus atque Conſultiſſimus* CASPARUS A RHEDEN,
ſolvere cogimur. Originem is ducit ex antiquiſſimâ inter nos atque patriciâ RHEDENIORUM
Viro Magnifico, Nobiliſſ. atque Conſultiſſ. JOHANNE A RHEDEN, JCto *eminentiſſimo*, qui
Nobiliſſ. laudatiſſimâque Matronâ ANNA TREDENAPIA. *Paternus Avus* fuit (T.T.) LU
DITHMARI BARKEYEN, Reip. à Secretis, & (T.T.) ANNÆ HOUKENIÆ, (T.T.) HE
Patricius itidem ſpectabilis, *Proavia* (T.T.) METTA SPECKHANIA. *Abavus* (T.T.)
WIECKBOLDIA. *Materni* generis *Avus* eidem obtigit, *Vir Integerrimus* DIDERICUS T
TELNSTRUCKIA. Ut celebri proſapiâ dignus evaderet, Optimi Parentes inde à teneris unguic
rium miſerunt, unde tandem peracto inſigni laude claſſium curriculo A. CIƆIƆCXCVIII. a d. XX.
diis ſe totum dedit, duces ſecutus *Clariſſimos* hic loci *Profeſſores*, in humanioribus quidem &
affatim proficeret, domi habebat) inprimis *Wilhelmum Hupedenium*. Quantos in his omnibus
cum applauſu dictâ *de notabilioribus anni ſeptingenteſimi poſt milleſimum rebus*, doctâque Diſſ
Marpurgum, quò & optimus parens primùm abierat, concedens, illícque tam inſtitutione quam
ventilatâ A. CIƆIƆCCIII. a. d. XVIII Aug. ſub poſterioris præſidio Diſſertatione *ad quaſdam theſe*
Lipſiam atque *Halam* petiens, multis doctis innotuit, inprimis verò à Viris undique celebra
pue Academiam Francofurtenſem, ubi ſub eruditi orbis æquè ac urbis noſtræ immortali dec
voti compos redditus, A. CIƆIƆCCV. habitâ a. d. XVIII. Maji publicè diſſertatione inaugurali,
in patriam meditans, inſtituto prius per celebriora Germaniæ loca amœniſſimúmque Belgium
ris præmia, vix enim appulerat, cùm Reip. proceres eum A. CIƆIƆCCVI. a d. XVIII. Febr. *Profeſſorem Juris Ord*
ſuſcepit. Acceſſit dein A CIƆIƆCCXXI. a. d. XV. Nov. altera Profeſſio moralium, quam a. d. XVI. Decemb.
quantâ dexteritate quantóque fructu in tradendis his ſcientiis, & inprimis omnibus Juris partibus occupat
urbe patriâ quàm extra illam, qui ipſi ſuam in jure peritiam præcipuè acceptam ferunt; teſtantur denique
quarum uberior recenſio, cùm eam anguſta hæc tabula commodè non capiat, opportuniore forſan loco in
atque reſponſa dando, non civibus tantùm, ſed & exteris, interque illos etiam Comitibus aliiſque Viris illu
digniſſimus, & Reipublicæ non tantùm utilis, ſed & neceſſarius cenſeretur, ſícque cùm *Magnificus parens* A.
ptaretur, tum verò A. CIƆIƆCCXXXII. a. d. V. Septembr. *Prætor* conſtitueretur, tandem autem poſtquam &
A. CIↃIↃCCXLI. eodem XXV. ejuſdem menſis Aprilis die, quo idem viginti admodum annis ante, optimo
XXII. Febr. digniſſima tori ſocia obtigit, *Nobiliſſima omnique fœminei ſexûs laude decoratiſſima Matrona* GESA C
que *Prætoris integerrimi*, & Nobiliſſ. Matronæ GESÆ MEIERÆ filia. Vidit ex illa undecim liberos 1. Virgine
Advocatum famigeratiſſimum Juríſque Profeſſorem P. O. 4. Clari[ſſ]. atque Experientiſſ. HERMANNUM A
SPARUM, 7. CASPARUM *alterum*, 8. *alterum* HENRICUM, 9. LUDERUM, 10. NICOLAUM, quorum ute
SPARUM GODFRIDUM. Ex his *utraque filia*, filius Celeberrimus, *Hermannus*, omnéſque *tres Caſpari*, fatis
illud optimæ matris, quæ jam A. CIↃIↃCCXXXIX. a. d. XXV. Oct. è vivis ſublata eſt. Videbatur Magnif. C
annis ea vehementer affligebatur, quò fortè aſſidui labores non parum contulerunt. Manifeſtabat ſe cache
mis remediis occurreretur, inſperatò tamen d. XXI. elapſi menſis invadebat eum colica, quam poſt triduum
menſis labentis diem ſpes recuperandæ ſanitatis adfulgeret, at ſub veſperam ea penitus decollabat, cùm
annos natus LXIV. menſes V. cum XXII. diebus, ipſo illo ſemeſtri ſpatio, quo ut Præſes Reip. faſces tene
eruditionis aliarúmque inſignium dotium, quibus ornatus fuit, intenſiſſimum deſiderium relinqueret. Ducet
Vos quoque *Ill. Lycei Cives Ornatiſſimi* frequenti comitatu cohoneſtate, quò tanti Viri memoriam quâ par e

ROFESSORES P.
LÆ BREMENSIS
ORI S.

CERE JUS, quorum illud in Scholis & Academiis, hoc in
ɔc Scientiæ uſum atque praxin ſpectat: at nihilominus duo hæc tam blandè conſpirant, támque
ragendum facillimam planiſſimámque viam ſternat. Nunquam ſanè exſpectandi forent, qui
ius ejusdem Doctoribus ante diligenter inſtituerentur, & ad hoc munus dextrè obeundum præ-
EBATIUM, Lib. VII. ad Famil. Epiſt. XIX. *videbuntur obſcuriora, cogitare debebis, Nullam*
e. Non longè abieris. NUM JUS CIVILE NOSTRUM EX LIBRIS COGNOSCI POTEST? QUI QUAN-
r. Quinam autem præterea ad jus dicendum aptiores eſſe poterunt, quàm qui longo uſu, ſive
, omnes ſcientiæ hujus angulos perreptârunt, ínque interiora ejus arcana abditósque receſſus
ı ad ſumma dicaſteria ſuo nomine non ſolùm clariores juris Doctores & Profeſſores ſæpiſſimè ab-
ɔn vanis atque inanibus titulis luditur) à conſiliis conſtituunt, quò ad eos in difficilioribus caſi-
orum ſingulari juris aut quarundam ejus partium cognitione inclytorum, operâ uti, aut alios eo
que clariſſimus & certiſſimus Vates, VALERIO MAXIMO teſte Lib. VIII. Cap. XII. *quoties-*
nſultores rejiciebat. Optimo inprimis inſtituto in noſtrâ Republicâ, inde ex quo Illuſtris at-
, ut ex eo plures ſucceſſivè Ampliſſimorum Procerum ordini adſcriberentur, multi & ad ulte-
dit non pauca inſignia ſui decora, at ſimul eo ipſo Reipublicæ perutilis fuit, dum illi digniſſi-
rdinis *Ampliſſimi Viri*, EBERHARDUS BORNHORSTIUS, HENRICUS BRUNINGIUS,
NUS SCHöNE, HENRICUS MEIERUS, GERHARDUS MEIERUS, HENRICUS GER-
m antepenultimus ultimúsque adhuc ſoli ſuperſunt, & uti quondam Illuſtre Lyceum ita nunc
: propius dicendi occaſionem nacti ſunt, ut GEORGIUS CöPERUS, JOHANNES CöPE-
latûs, qui ut CICERO *pro Plancio* cap. XXV. ait: *honorum populi finis eſt*, faſtigium conſequerentur,
ICUS CASIMIRUS TILEMANNUS dictus SCHENCK, quibus maximo ſuo jure annu-
S MEIERUS, niſi eum avida nimis curia, antequam muneri profeſſorio actu inaugurari poſ-
probâſſent. Sic per omnes dignitatum gradus curulem ſellam conſcenderunt HENRICUS
t eruditionis ita & omnium dignitatum paternarum, licèt aliquo temporis intervallo ex aſſe
s longè excellentiſſimus, cui ab ipſo Reip. clavo his diebus abrepto, juſta hodiè funebria per-
uondam GODFRIDEN dictâ gente, natus A. CIↃIↃCLXXXI. a. d. XIV. Jun. *patre*, modo laudato
ınes enumeratos honorum gradus *conſulatûs* culmen attigit, digniſſiméque tuitus eſt: *matre*,
US A RHEDEN, patricius conſpicuus, *Avia* (T.T.) ANNA BARKEYEN, filia (T.T.)
CI HOUKENII, Conſulis meritiſſimi gnatæ. *Proavus* (T.T.) JOHANNES A RHEDEN,
ERUS GODFRIDEN aliàs A RHEDEN dictus, *Senator Ampliſſimus; Abavia* (T.T.) ANNA
ENAP, Mercator hujus urbis Spectatiſſimus; *Avia, Celebratiſſima Matrona* ANNA NET-
educationi ejus ſollicitam operam impenderunt, maturéque inprimis in ludum publicum littera-
obr. in civium Ill. Lycei ordinem eſt cooptatus. Inde ab illo tempore urgendis omni niſu ſtu-
ſophicis, *Did. Sagittarium & Joh. Eberhard. Schwelingium*, in jure autem (in quo & unde
greſſus fecerit, gemino ſpecimine comprobavit, oratione quidem A. CIↃIↃCCI. a. d. XVI. Mart.
one A CIↃIↃCCII a. d. XXIII. Aug. habitâ, *de Translatione Jurium Defuncti in hæredem.* Hinc
citiâ *Virorum Celeberrimorum Zaunſchleifferi & von den Felde* uſus, novum inſignis doctrinæ,
jure controverſas, documentum dedit. Relictâ academiâ Marpurgenſi, *Erfordiam, Jenam*,
nis, *Lynckero, Bodino & Stryckio* ſummâ humanitate exceptus eſt. Elegerat autem ſibi præci-
Henrico Coccejo, longéque Clariſſimo *Marco Rhodeu* ſtudiis colophonem imponeret. Hujus
uod juſtum eſt in dubio, a. d. XXII. ejuſd. menſis, doctoralem lauream impetravit. Sic reditum
e, tandem incredibili doctrinæ copiâ auctus, ſuis eſt redditus. Inveniebat hic ſtatim digna labo-
m conſtituerent, quod munus mox ſolemni Oratione, *de uſu & abuſu Critices in Jurisprudentiâ Romanâ* feliciter
auſpicali, *de mancâ Veterum inprimis Gentilium Philoſophorum doctrinâ morali*, capeſſivit. Quàm indefeſſo ſtudio,
erit, teſtatur fama ejus per univerſum literatum orbem latiſſimè ſparſa; teſtantur tot inſignes Viri, tam in
gia ejus ſcripta & inprimis innumeræ Diſputationes, ſive ab ipſo conſcriptæ, ſive ſub ejus præſidio ventilatæ,
tur. Omnes hi labores non impediebant, quò minùs etiam cauſas in foro ſtrenuè agendo, aut conſilia
us ſummâ dexteritate atque laude inſerviret. Tanta ejus merita efficiebant facilè, ut ulteriori honore
CCXXV. vitam cum morte commutâſſet, eodem adhuc anno a. d. XXIII. Octobr. in conſeſſum Procerum ado-
ɔc munus novem circiter annis ornaſſet, ſimúlque legationes ad exteras aulas obeundo patriæ profuiſſet,
nti evenerat, *Conſul* eligeretur. Reſtat vita ejus privata atque œconomica; in quâ ipſi CIↃIↃCCVII. a. d.
A, *Viri Nobiliſſ. Ampliſſ. atque Conſultiſſ.* HENRICI CöPERI, J. U. D. *Comitis Cæſarei Palatini & Reip. Senatoris* at-
ANNAM, 2. HENRICUM, 3. Virum Nobiliſſimum atque Celeberrimum JOHANNEM A RHEDEN, J. U. D.
EDEN, Medic. Doct. atque Profeſſorem P. O. & Reip. Phyſicum. 5. Virginem lectiſſimam GESAM. 6. CA-
e litteris, ille quidem Medicinæ, hic Juris ſtudio, in noſtrâ bonæ mentis officinâ ſedulam operam navat. 11. CA-
um ceſſerunt. Acerba non immeritò toties multiplicata liberorum fuere funera, at longè luctuoſius exſtitit
l inde à primâ juventute firmâ admodum vigoríque mentis reſpondente corporis valetudine frui, at ultimis
um crebro pedum tumore, & acrimoniâ bilioſâ atque ſcorbuticâ, quibus malis licèt non ſine fructu aptiſſi-
erus cum vehementioribus febribus ſequebatur. Remittebant iterum hæc ſymptomata, ita ut ad tertium
tuoſiſſima febris, proſtratas jam planè vires, ita exhaurire inciperet, ut a. d. VI. Dec. horâ 3. pomeridianâ,
placidè exſpirans, ſuos in acerbiſſimum luctum conjiceret, omnibúsque dignis rerum æſtimatoribus, ſummæ
hodiè, ad mortales exuvias tumulo in æde D. Anſgarii condendas, pompa funebris; hanc cum totâ civitate,
rentiâ vos colere, oſtendatis. V. P. P. Bremæ a. d. XI. Decembr. CIↃIↃCCXLV.